

**b b** lem quia non fuerunt baptizati igitur eis in  
 indulgentia communicari non potest. **Re-**  
 spondeo ostendendum quod indulgentie sunt de  
 thesauro ecclesie collecto ex merito passio-  
 nis christi apostolorum et martirum ut sepe pa-  
 tur. Illi ergo possunt stipendiari de thesau-  
 ro ecclesie qui sunt christi milites. christi autem mi-  
 licia proficitur homo in baptismo. quia tunc  
 conspeditur morti christi. per quam ipse de oya-  
 bolo triumphavit. Iuxta illud ad Romanos  
 sexto conspeditur enim sanus cum christo per bap-  
 tismum in mortem. ut quomodo surrexit christus  
 a mortuis per gloriam patris. Ita et nos  
 in militia christi per baptismum thesauro passio-  
 nis christi stipendiam non possunt. **Ad**  
**cc** primum ergo argumentum dicendum quod pec-  
 catum puerorum in limbo existentium est  
 irremissibile nec passio christi tollit. et hoc pro-  
 uenit ex eorum indispositione. quia non fue-  
 runt de militia christi ut dictum est in respon-  
 sione. ad dubium sicut peccatum veniale qua-  
 tum est de se non meretur eternam penam.  
 sed quod eternaliter punitur in dampnatis hoc  
 est ratione adiuncti. quia coniunctum est mor-  
 tali peccato. cum quo ipsi dampnati deces-  
 serunt. **Ad** secundum dicendum quod pueri  
 non baptizati capaces essent meriti passio-  
 nis christi si desisterent esse membra a deo per illi-  
 us peccatum originale contraxerunt et essent  
 effecti membra christi. cuius morte tale pecca-  
 tum deletum est. Sed quia carent baptismo  
 carent et tali translatione. quia si desisterent  
 esse membra a deo. et efficerentur membra christi  
 quod illis qui sunt in limbo amplius non po-  
 test convenire sicut illis qui sunt adhuc in  
 presenti seculo et ergo carent fructu indulgentie  
 et merito passionis christi virginis marie et  
 aliorum sanctorum. **Ad** tertium dicendum  
 quod sicut pueri per aliam peccaverunt ita per ali-  
 um ab illo peccato liberari potuissent. si illi  
 per quem poterant liberari. fuissent incorpora-  
 ti per gratiam personalem vel sacramentalem et

**Questio.**  
 quia neutram habuerunt liberari non potue-  
 rant. **Quintum** dubium an papa per  
 communicationem indulgentie possit pue-  
 ros non circumcisos abluere. **Et** videtur  
 primo quod sic quia post aduentum christi circumci-  
 sio nichil operatur ad salutem. Unde dicit  
 apostolus ad gallatas quinto quod in christo ibe-  
 lu neque circumcisio aliquid valet neque prepu-  
 cium sed fides que per caritatem operatur igitur  
 propter privationem circumcisionis pueri  
 non debent privari merito christi et indulgentie.  
**Secundo** sic sancti patres per passionem  
 christi fuerunt liberati multo ergo magis per in-  
 dulgentiam christi eorum filii debent liberari.  
**Tercio** sic circumcisio non conferbat gra-  
 tiam ex opere operatus sed ex opere opera-  
 tis quia sicut lex vetus ad nichil perfectum  
 deduxit. ut dicitur ad hebreos septimo. sic  
 circumcisio que erat sacramentum illius le-  
 gis nihil ad perfectum deducere potuit pue-  
 ri ergo non habentes usum rationis ex quo  
 per fidem propriam. gratiam recipere non po-  
 tuerunt per privationem circumcisionis fruc-  
 tu passionis christi privari non debent. **Inop-**  
 positum est quia nulli potest communicari  
 indulgentia nisi sit numeratus in populo dei  
 et factus sit membrum christi. **Sed** quod scribitur  
 genese. decimo septimo. o ille cuius propitius ca-  
 to circumcisus non fuerit peribit de populo  
 meo quia pactum meum irritum fecit. **Pue-**  
 ris ergo non circumcisis indulgentia non  
 potest communicari. **Respondeo** dicendum  
 quod in circumcissione conferbatur gratia ex ip-  
 sius circumcisionis efficacia sine ex ipsius  
 dei patrone et inseparabili concomitancia  
 quia deus sic pepigit cum populo illo qui-  
 cique reciperet illam circumcissionem gratiam  
 reciperet et a peccato originali mundaretur  
 ut aliqui dicunt. **Idem** tamen auxilium sa-  
 lutiferum circumcisionis contra originale pec-  
 cati vulnus. agebat circumcisio in veteri le-  
 ge. quod nunc agere baptismus consuevit.